



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Vicißitudo valetudinis. 71

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

Horum aspectu leniri dolores suos arbitratus, noctem cum ijs totam, partim in diurnis laudibus, partim in votis piacularibus, exegit. Tum vt appareret, quid vsu recepta consuetudo, etiam vltimo tempore apud quæque posset: ipse ægrè iam animam trahens, desiderabat sibi concedi, vt quod vicens valensque sueuerat, colaphis liceret ora malâsque ad vlciscenda eius diei delicta percutere; vehementi, sed irritò voto: quod in ægro, cùm etiam negaretur, debuit laudari.

LXXI. Vicissitudo valetudinis.

Accidit deinde, vt pauca quedam liquoris guttæ (credo gargarizanti) per fauces illaberentur; Id animum ægri confestim angebat; quod meminisset, inter-

inter
haur
sus, p
adm
Pate
Ille
stud
uit,
cogi
hunc
auro
cùm
bus
exp
do p
iteru
ficer
rea p
se vi
tern
long
na, c

res
 n ijs
 di-
 ri-
 ret,
 eti-
 que-
 ani-
 sibi
 en-
 t o-
 eius
 nen-
 gro,
 euit
 inis.
 que-
 redo
 abe-
 onfe-
 islet,
 nter-

interdictum à medico, ne quid
 hauriret. Igitur factum confes-
 sus, percontatur; ea in re ecquid
 admissum peccati fuisset? iussit
 Pater otiosum ab eo metu esse.
 Ille statim quò suum parendi
 studium approbaret, sic acquie-
 uit, vt omnem eius rei curam
 cogitationemque excusserit. Ad
 hunc modum traducta ferè nox,
 auroræ diluculum expectabat:
 cum crebris interim mutationi-
 bus ager quatiebatur; propè vt
 exspirasse aliquando; aliquan-
 do præter spem valescere: atque
 iterum repentè inter manus de-
 ficere videretur: credo vt inte-
 rea pluribus exemplis ostentare
 se virtus posset; si mors lenta, al-
 ternis affiliens resiliensque in-
 longum, non tam sua certami-
 na, quam Antonij patientis spe-

etacula protraxisset. Neq; enim pars vlla temporis agrum interea videbat à pijs aut factis, aut dictis otiosum.

LXXII. *Obitus.*

AD diem quintum Idus Iulias hac Virtutum dolorumque palæstra tenuit. Ultra tendere doloribus vetitum: vt sua demum virtuti palma præmiâq; decernerentur. Nam sub horam diei nonam decimam, Antonius Maria VBALDINVS, cum Mariam prius matrem gratia, matrem misericordiae, à qua contra hostem protegeretur, enixissimè implorasset; contuit: ac sublatis in cælum oculis, velut indidem aut inuitaret hospites, aut illuc inuitari, se hospitem sentiret; tranquillo serenoque vultu inter plurimum Patrum

tru
tiur
mè
sti r
fim
B. V
sibi
dole
sept
vix
digi
rem

LX

A
les r
long
qui
ne, a
exc
orin

trum